1909

ex tunc bona eadem suprascripta omnia ad successores praefati Generosi Marciani Swichowski mariti sui sine ulla contradictione et impedimento successorum praefatae Gnosae Bogucka Coniugis suae, cum pleno Iure eorundem bonorum devolventur. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Zaboklickie Strusowi Pocillatori Terrae Villnensi Cedunt.

266

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Anna de Strzyzow olim Generosi Remigiani Zaboklicki Vexilliferi Bidgostiensis Consors relicta Vidua, tum Stanislaus et Iosephus Zaboklicki praefati olim Generosi Remigiani Zaboklicki filii, mater cum filiis sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, publice, libere ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi tam omnes Coniunctim, quam quilibet illorum seorsim de omnibus generaliter Causis et actionibus

1408 +

Iuris iudiciariis per se Recognoscentes, siue coniunctim siue diuisim, ad quaeuis Iudicia et officia Regni, minoris et maioris subsellij etiam Iudicia sacrae Regiae Maiestatis postcurialia, tam Generosis Stephano Winnicki et Magdalenae de Kraiow Coniugibus, ratione quarumuis praetensionum, iniuriarum et violentiarum, quam Nobilibus Stephano, Maximiliano, Georgio, et Nicolao Czerchawskim aliisque permultis personis, Ius et interesse ad bona Allodialia in Villa Czerchawa se habere praetendentibus, in processibus Causarum specificatis institut. et intentat. tum de quibusuis Decretis siue in Contumaciam siue per seriem Controuersias prolatis, poenisque banitionum Infamiarum, ac aliarum quarumuis Condemnationum, in eisdem Causis obtent. tum de praestationibus Contra supraspectos Generosos Winnickie, eorumque famulos et subditos, atque praefatos Stes Czerchawskie factis et inscriptis, toteque Causarum earundem omnium processu Iudiciario, in quocunque puncto et gradu Iuris ad actum praesentis diei dependentis, cum omni Iure proprietate Competentia et Praerogatiua quacunque, omnibusque et singulis Causarum earundem Decretorum, Condemnationum, ac totius processus Iudiciarij Contentis, rigore, ligamentis Vniuersis, nihil ex praemissis Iuris dominij, proprietatis, ac Cuiusuis Competentiae et Praerogatiuae pro se Recognoscentibus, suisque Successoribus, aut cuipiam alio reseruando seu excipiendo Verum prout praemissa omnia et singula se Recognoscentem Concernunt. Iam exnunc et defacto Generoso Paulo Michaeli de Strusy Stow Pocillatori Terrae Wielunensis

eiusque

eiusq Posteris cesserunt et condescenderunt, prout praesentibus cedunt et condescendunt omneq et integrum Jus suum sibi ad praemissa serviens in Personam eiusdem Generosi Sctus Pocillatoris Vielunen. eiusq posterorum totaliter et plenarie transtulerunt, transfuderunt, et incorporaverunt, prout praesentibus transferunt trans fundunt et incorporant. Per ipsum Generosum Paulum Michaelem Sctus Pocillatorem Vielunen. cessionarium suum et ipsius posteros, has easdem Causas et Actiones Judicianas universas per praesentes abscessas coram quovis Judicio et officio Regni promovendi et ad debitum Juris ordinem easdem Causas deducendi poenas Judiciales levandi, de levatis quietandi, praemissaq omnia tanquam sua propria ad suos suorumq successorum quorumuis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi, idq Juris praesentis abscessi et transfusi vigore. Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo. 6/v

Rogozenski Drohoiowskiemu roborat.